



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 33. Actum de reconcilianda Sacra Sede cum Franciæ Præsulibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

N. T. librum de veterum Christiano-Sæc. XVII.  
rum institutis & ritibus circa Eucha- A.C. 1692.  
ristiam, & varias disputationes. V.  
Joannes Lassenius, scripsit Synopsin  
Conciliorum omnium, Arcana Poli-  
tico-Atheistica, inordinatam stateram  
in dogmate purgatorii, classicum belli  
Turcici, tractatum de statu Canonicorum  
reformatorum & Lutheranorum, di-  
sputationes, & alia quamplurima o-  
puscula. VI. Paulus Colomesius edi-  
dit iconem Theologorum Presbyteria-  
norum, Galliam orientalem, cimelia  
literaria, observationes Sacras, para-  
lipomena ad Guil. Cave Carthophyl-  
larem, Romam Protestanticam, Bi-  
bliothecam selectam, Miscellanea Hi-  
storica, vitam P. Sirmondi, præter  
alia nonnulla.

### §. XXXIII.

#### *Actum de reconcilianda Sacra sede cum Franciæ Præfulibus.*

Subsequens hic annus supra nonage- *Abrege*  
simum tertius Innocentio XII. sum- *chron. de*  
mo Pontifici admodum gloriosus fluxe- *l'Hist. t. 3.*  
rat, ob feliciter diremptam controver-  
siam, quæ ultra decennium inter In-  
nocentium XI. ejusque Successorem,  
& Franciæ Præfules feruebat: Jam a  
primis Pontificatus sui auspiciis Inno-  
centius

Sæc. XVII. centius XII. omni contentione labora-  
A. C. 1693. bat, ut Regalizæ extensio, & Cleri Gal-  
licani declaratio sedi Apostolicæ tan-  
topere injuria aut omnino tolleretur,  
aut saltem certis limitibus moderare-  
tur: Diu multumque certatum, alii  
atque alii saepius transfigendi modi  
fuere propositi, totiesque rejecti, adeo  
ut pene nulla optati successus spes re-  
liqua videretur: Quantumcunque Pon-  
tifex ardenti desiderio pacem exopta-  
verat, plurimum tamen ad Sedis Apo-  
stolicæ honorem interesse autumabat,  
ut præprimis injuria per Cleri Galli-  
cani articulos Anno 1682. illata repa-  
raretur, quocirca Pontifex Episcopis,  
a Rege promotis, qui illis tum comi-  
tiis intererant, Apostolicas confirmationis  
literas concedere, constanter  
renuebat, nisi prius in Parisino Con-  
ventu contra Pontificis auctoritatem  
decreta revocarent, sponderentque  
nihil se facturos, quo Regaliam re-  
cens liberis Ecclesiis impositam agno-  
scere viderentur. Ipsemet Ludovicus  
Franciæ Rex a Galliæ Episcopis vehe-  
menter sollicitatus, cum summo Pon-  
tifice conciliari festinavit, hujusque  
rei mandatum Estræo & Furbino Car-  
dinalibus tum Romæ degentibus dedit.

## §. XXXIII.